

nos sceleribus sece Deum contaminasse, qui homines vivissent a nato orbe, quod rieverit, quoque virtutem semper essent. Tanto illis, de quibus loquimur, hoc a ratione remotius videri debebat, quod immensam fere mundo aetatem tribuerunt. Vide Jac. Perizonium (Alqui Egypt c. 2. p. 14.). Itaque definitius, et certum quedam numerum genitorum, qui in Dei maiestatem peccasset, constitire, et orbem veluti animalium ultra, citroque conveantum communis ratio ipsa flagitabat. Deinde non poterat a se impetrare, ut benignitatem divinam consentaneum duceret, ad infinitum tempus carnis misericordia naturae sue particulas addicere. Quare rite purgatis mentibus redditum ad Deum patere non poterat non praecipere. Interim perlosque animos de nulla re minus cogitare videbant, quam de purgatione sua; contra vitios immensos nam semper sordes contrahere. Longum igitur illis exilium dererabant, mentesque corpore uno solutam ad alterum confessim obire praecepabant, dum deformatum exiuerent, et maculales eluissem Deo exos. Quod jam nominatum ad dogmatis hujus patronos attinet, Pythagoras unus omnium nobilissimus illud ex Egypto, ubi ejus natales Heroldius ponit (Euterpe c. 123.), in Italianum transulit, adeoque pertinaciter titulus est, ut assenserent mentes suam primum in Ethalide Mercurii filio, tum in Euphorbo, Hermotimo, aliquis, ut est apud Laertium, fuisse donec cum Pythagorac corpore consociaret (Deit. phil. t. 3. segm. 4. 5.). Magistrum avide secuti sunt discipuli, ac quotquot hic disciplinae generi se adixerint, ab hac opinione minime dimoveri poterant: inter hos prae reliquis emingerunt Timaeus Loerus, ac Empedocles (Ibid. l. 7. segm. 77.); hic certe similliter ineptivit, cum se olim puerum, puellam, plantam, pisicem fuisse commentus est: ab illo Plato eudem errorem condidit (§. 163. sch. 2.), et in Academiam intulit. Verum id mirum videtur potest, quomodo haec perulgata inter veteres doctrina de animalium migratione cum alia non minus universa usitata, et omnino opposita de inferorum poenis, et cruciatibus tanto tempore consistere quiverunt: torsit certe ea res viros eruditissimos; arcuum feliciter detecti se sibi Mosheimus videtur (In Cudw. t. 5. s. 3. §. 31. not. 4. §. 7.). Concidit, at, haec tota quæsto, si discernemus tantum observemus, quo veteres animalium rationis compotem, et sensu, itaque praeditum se junerent (vide §. 14. sch. 2.). Animus scilicet, in quo sensus est, qui unus etiam exructari, et gaudio perfundi potest, his philosophis auctoribus ad inferos descendit, ibique aut poenas sustinet, aut voluptrias officiatur. Is vero animus, qui ratione valit, in quem proprio nec dolor, nec voluptas cadit, ad umbrarum hanc proficisciit sedem, sed in alios homines, aut bestias pro vario statu suo commigrat, et orbem veluti quedam itinere suo conficit. Perspexerunt hanc rem, non omni licet ex parte, junioris Platonici, Procles

singillatim, et Syrianus, quos Æneas Gazaeus nominat in Theophrasto. Quippe qui apte praeeperunt, animum hominis, qui in tempore post obitum corporis migrat, non esse naturam illum, quae in homine isto sensit quondam: leonem enim, aquilam, aut aliud animal, quod animus ingreditur hominis, propria, et peculiari instructum esse anima sentiente: solum illum animum in quo ratio est, ideo cum animalis bestiarum corporibus jungi, quod sensibus nimis, et cupiditatibus corporis obtinens: idcirco ut pisces illo, in quo Empedocles olim, quod ipse fassus est, existit, duplacet fuisse unum rationalem, et septentrem. Haec tamen, quamquam speciosio a Mosheim dicta sint, omnis dubitatio tolli non videtur; nam ut animalum sentientem ad inferos descendere; ita rationalem vel statim, vel post toleratas aliquo tempore poemas ad superos, et beatorum sedes avolare veteres illi tradiderunt. Mihi potius id argumentum est, priscos illos philosophos raro sibi constantes fuisse, multaque quee minime inter se cohaerent, ratione conclusisse: cuius rel infinita in ipsorum scriptis exempla prostant. Sed jam nemo a me exceptet, ut ineptias has fusiore oratione refellam: exposuisse illas refutasse est. Ne famen nihil dicam: contra animalium migrationem in bestiarum quoque corpora praeter sensum communem, qui in immensum hominem inter, et bestiam discrimen interesse docet, pugnat ea, quae suo loco de brutorum animis, eorumque ab humanis differentia dicentur. Deinde neque migrationem in corpora tantum humana, quod nominat Helmontius cum Rabbini aliquot asserentibus Adae animam in Messiae, utpote Adae secundi, corpus transiitram defendit, admitti cum ratione posse vel inde patet, quod cum in novo corpore anima nostra rursus delicia committere posset, purgationis hujus nullus foret finis: unde circuitio haec infinita evaderet, nec umquam transitus ad veram, constanterque beatitudinem, quam tactio naturae dicitur appetitus, duretur. Tandem, quod rei caput est, opinatio haec opponitur orthodoxo dogmati de recipiendo a quovis praemio, vel poena in suo corpore, prout in eo bene, vel male gesserit.

SECTIO II.

DE COMMERCIO ANIMAE CUM CORPORE.

QUOD SECTIONIS ARGUMENTUM?

CLXVII. Anima mea tametsi corpus non sit, arctissimo tamen cum eo nexu copulatur; neque enim illud, cum labet, deserere potest. Ex hoc porro nexus, qui ab auctiori adorandi Auctori imperio repetendus, mirabile prorsus inter entia tota genere diversa commercium promanat. Atque iunctu sectionis hujus argumentum constituit, in quo deducendo ego ita versabor, ut primum, patcissimis de animae sede, ac phænomenis, quae hoc pertinent, praemisis, in apitissima expli-

candi commercii rationem inquiram; deinde vero excoigitata adhuc a philosophis systemata in examen paulo accurius singulatum vocem.

C A P U T I.

De Sede animae, et Commercii Phoenomenis.

ANIMA IN SOLO CEREBRO SENTIT.

CLXVIII. *Anima non in toto corpore, sed in solo cerebro sentit.* Veritas experimentis demonstratur. 1.) Secto, aut fortiter legato nervo omnis illico sensus, et motus ea in parte petit, teste Boerhavio. 2.) Hinc pertinet, quod Cartesius refert (*De usu part. I. 12. c. 3. Princ. p. 4. n. 196.*): *Cum puellae cuidam matrum gravi morbo affectam habent velarentur oculi, quoties chirurgus accedebat, ne curationis appratura turbaretur, rique post aliquot dies brachium ad cubitum usque, ob gangraenam in eo septem, fuisset amputatum, et pannum in ejus locum ita substituit, ut eo se privatum esse plane ignoraret; ipsa interim variis dolores nunc in uno ejus manus, quae absissa erat, dixit, nunc in alio se sentire quereretur. 3.) Compressa sunt rursus Boerhavia verba (*Instit. med. 2. n. 204.*): discussa, putrefacta medulla cerebri omnis actio per nervos illius oriantis exerceri sueta statim abletur, licet nervis in integritate sua persent. 4.) Innumerabilibus exemplis, cit Hallerus (*In not. in Boer. I. 4. inst. med. prael. n. 548.*), constat, sensorio illaeso, aut illaeso nero artus articuljus, sed vel cerebro laborante, vel nervo inter sensorium, et cerebrum sensum omnem delor.*

ADHOQUE IN EO SOLUM RESIDET.

CLIXIX. *Anima quodam suam substantiam non est actu in toto corpore, sed solum in cerebro.* Ibi certe est anima, ubi sentit; sed anima non sentit in toto corpore, verum solum in cerebro (*s. praece.*) igitur anima non est actu in toto corpore, sed solum in cerebro. Accedit, quod intelligi nequit, quomodo ens simplex omni extensione destitutum, et finitus omnibus corporis partibus quodam substantiam simul praesens adesse possit (*conf. §. 143. sch. 2. n. 2.*). Coroll. Ob eandem rationem anima non est in toto cerebro, ita ut quodam suam substantiam singulis ejus partibus praesens adsit.

QUAE PHENOMENA ORIUNTUR?

Schol. De veteribus generali. Cicerio scribit (*Qq. tusc. I. 1. c. 9.*) *Aliis cor ipsum animus esse videtur: ex quo excordes, vescodes, concordesque dicuntur.* — *Empedocles animum censem, cordis suffusum sanguinem.* Aliis pars quedam cerebri visa est animi principiatum tenere. Aliis nec cor ipsum placet, nec cerebri quandam partem esse animum; seu solita in corde, ali in cerebro dixerunt animi esse sedem, et locum (*conf. §. 141. sch. 2.*) Democritus (*Plut. de plac. phil. I. 4. c. 5.*), ac post eum

De Sede Animae, et Commercii Phoenomenis. 157

Plato animam in toto capite; Erasistratus circa cerebri membranam, quam epicranidem vocat, Herophilus in ventriculo; qui cerebri basis est; Pythagoras vivificam animae vim in corde; rationalem in capite; Diogenes in dextro cordis ventriculo; Ctesippus cum Stoicorum multis in corde colligarunt. Aristoteles (*De anima I. 2. c. 1.*) cum suis, ut animam definit esse *έντελεσθαι την ζωήν* actum primum corporis physici potentiam vitam habentis, ita eam per totum corpus diffusam, ac totam in toto, et totam in singulis ejus partibus residero docuit; addens tamen eam, quamvis in toto corpore sentiat, in solo tamen cerebro ratioinari. Venio ad recentiores. Helmontius animam ad pylorus stomachi; Dighaeus in septo lucido, Cartesius (*De pas. anim. p. 1. art. 41. seqq.*) in glandula pineali (§. 14. sch. 2.), gracie *άνθρακα*, vel *ουράς καρπίτης*; dicta constituit. Cartesius sententiam Ludovicus de la Forge (*In not. ad tract. Cartes. hom. p. 5.*) ubera excoluit, et cohira Bartolini objectio vindicavit. Lancisius, Bergerus, et de la Peyronii animae sedem in corpore calloso (§. 13. sch.) querendam esse contendebant, quae opinio hodie sapientissima, ceteris probabilius videtur.

ANIMA PROBABILITER NON RESIDET IN GLANDULA PINAELI.

CLXX. *Anima probabiliter non residet in glandula pineali.* Nam 1.) glandula illa non ea, qua pitavit¹ Cartesius ratione in medio cerebri suspenderit ut motibus spirituum animalium hinc inde agitari, et impelli posset, sed arterialis, et venis affigitur (§. 14. sch. 2.). 2.) Nervi ab organis sensoriis protensi illuc non pertingunt, ut doceat Boehravius (*Proc. instit. mod. t. 2. n. 574.*). 3.) Plempius (*Med. art. de sens. t. 1.*) apud Lucam Tozzi refert, Slaudum medicum, et anatomicum *instelodamsem* repperisse in glandula pineali lapillos, et aliquando tam multos, ut fore plus lapillorum, quam glandula esse: cum tamen in vita mens sana, et constans fuisset, sensus, et notus integrus. Similiter Bonetus scribit (*Theat. t. 2. p. 309.*): *Fredericus alius iam glandulam petrifacitam videt; tres calculos in eadem repetit celeberrimus Ruyshius.*

SED IN CORPORE CALLOSO.

CLXXI. *Anima probabiliter residet in corpore calloso cerebri.* Ibi enim probabilis anima residet, unde nervi sensationibus, et motibus spontaneis, seu voluntariis inservientes originem docunt, et per totum corpus diffunduntur; atque istud sit in corpore calloso cerebri (§. 13. sch. 1.); igitur hanc esse veram animas sedem probabilis est. Addi experimentum Cl. de la Peyronii (§. 14. sch. 1.) allatum, et rem conficit.

Corol. Est itaque sensorium commune (§. 14. coroll.) propria anima cum corpore conjunctae sedes.

Schol. Cum nervi motibus naturalibus, seu vitalibus inservientes in cerebello initium capiant, atque inde per corpus distribuantur (§. 13. sch.); anima autem in corpore calloso cerebri respicit, lon-

ge probabilitus videtur virtus corporis ab aliqua animas actione directe non pendere, sed eam per motiones mere mechanicas, ac vi structurae continenter producta et oriens, et conservari. Inde vero necessaria consecutio fluit, non tum corpus mori, cum anima abscedit, sed potius recedere animam, cum corpus moritur; mortuo nimis corpore nequit anima velut instrumentum ad objecta sensibilia percipienda uti: quare finis, cur ipsa corpori insit, ac praesit, cessat, ac cessante fine lex quoque commercii tollitur. De his satis; jam ad enumeranda commercii phaenomena gradum faciam.

QUID COMMERCII?

CLXXXII. Cum attentionem ad ea flectimus, quae in hoc composite, quod anima, et corpore constat, perpetuo evenient, ad vertimus, miram prorsus utriusque partis in quibusdam operationibus consensionem, sive harmoniam, quae in eo consistit, ut cum certis in corpore motibus certae in animo affectiones, et cum certis animi effectiōibus certi in corpore motus perpetui coexistant. Hanc harmoniam philosophi *commercialium animarum cum corpore* appellant.

QUAEST. ET QUOTUPLEIA EJUS PHAENOMENA?

CLXXXIII. *Phaenomena* hujus commercii constant experientia notissima duplices sunt generis: alia animam arctissimo cum corpore nexu copulata ostendunt, suntque fere haec: 1.) Quamprimum res quaepiam extra nos posita organum sensorium rite constitutum affect, ac tenissimam ejus partes ad motum conicit, hicque motus nervorum ope ad sensorium commune propagatur, existit illic eius rei in mente perceptio, quae eo clarior, vel obscurior est, quo motus illi in organo fortior, vel debilior est; quaque oritur, ac interire, cum motus ille oritur, aut interire. Neque haec perceptio ipsi libera est; nisi enim vel profundissima quadam meditatione summo, aut affectu abrepta sit, non potest ea objectum, a quo organum pulsatur, non percipere. 2.) Dolores, et agrestiones corporis certo quodam modo in anima redundant; nam ex male affecto, ipsa quoque languet; laeta contra, ac hilaris operationes suas obit, cum illud recte constitutur. 3.) Exortione vehementiore sanguinis, ac fluidi nervi in corpore commotione oritur quoque in anima perturbatio quaedam, ac idearum confusio, quae illa cessante iterum cessat.

CLXXXIV. Alia vicissim arctissimam corporis cum anima colligationem manifestant: qualia sunt, 1.) Quarundam in corpore partium, si recte comparatae sint, motus structurae ipsarum mechanicae contentaneus ad nutum, et voluntatem animae illuc consequitur ita, ut inter voluntatem, et hanc motionem nulla temporis differentia percipi a nobis possit: motus hic, sicut quoad ortum, ita quoad durationem, cessationem ab anima voluntate pender, praeterquam voluntarius dicitur. Ita, cum volo, brachium, aut pes, si sanus sit, movebitur; non item si nervi rupti sint; motus in cruce retrorsum tendit non antrosum; obstat quippe structura mechanica: aliae contra incor-

pore partes nutri animae non obtentur, ut capilli; etsi de se valde mobiles. 2.) Affectus in anima concitatus, fervore vehementior in corpus quasi exurrit, agitationemque sanguinis, ac fluidi nervi extraordinariam causat, quae rursus sedatur, cum ipsi serenitas, et tranquillitas redit.

MOTUS CORPORIS PERCEPTIONUM ANIMAE; ET VOLITIONES ANIMAE MOTUM CORPORIS RATIONEM VEL VERE, VEL APPARENTER CONTINENT.

CLXXV. In motibus organorum est ratio sufficiens vel vera, vel apprensiva quarundam animae perceptionum: et in voluntationibus animae est ratio sufficiens, vel vera, vel apprensiva quarundam corporis motuum. Ex enumeratis siquidem phaenomenis evidenter colligitur in motibus organorum vel esse reapse, vel saltē videri esse id, quod effect, ut in mente haec potius, quam aliæ perceptions existant potius, quam non existant; idem, est de voluntationibus animae comparatae ad certos corporis motus, atque id, quod effect, ut aliiquid sit ita, et non aliter, est ejus ratio sufficiens (ont. §. 13); igitur ratio sufficiens quarundam animae perceptionum in motibus corporis, et quarundam corporis motum in voluntationibus animae vel vere, vel apprensiva continetur.

Coroll. Facile inde patet extrare connexionem quāpiam inter animam, et corpus, atque ceteris sub determinationibus animam a corpore, corpusque ab anima vel reapse, vel apprensiva tantum pendere (conf. ont. §. 22. cor. 60.).

Schol. Utrum dependentia haec realis sit, an solum apprensiva, id jam investigabimus. Interea proba notandum est, actionem, quāpiam realēm, quam anima in corpore, et hoc in illam exercet, inter phaenomena commercii locum non habere; nihil enim praetercoexistēt certarum corporis, et animi affectionum exprimur, ut ex superioribus patet: quare qui actionem animae in corpore, per experientiam notam esse contendunt, in vitium subreptionis incident (§. 192. log. 3). Ceterum commercium istud, ejusque phaenomena nullus philosophorum in dubium vocat; scepticos quippe universales, et monistas eo nomine indigos censeo; monistas nimirum appellant, qui unum tantum substantiarum genus in hoc mundo existere arbitrantur, quibus dualistae opponuntur. Monistae porro solas substantias materiales, et materialistae: vel solas spirituales admittunt, et idealistae dicuntur, qui rursus in pluralistis, et egoistis distribuuntur (conf. cosm. §. 13. sch.).

CAPUT II.

De Ratione Explicandi Commercii;

MUTUA DEPENDENTIA ANIMAE, ET CORPORIS POTEST ESSERE REALIS —
ET PRO HAC REBUS SUNT RATIONES ADMODUM PROBABLES.

CLXXVI. Possibile est, ut mutua animae, et corporis dependencia realis sit. Imprimis nulla est in eo repugnativa, ut motiones

corporis animas percipiendi occasione praebant, atque adeo ipsa in efficientis quibusdam perceptionibus a corpore vere pendaat, sed neque illa est repugnans, ut motus corporis a vi animae determinetur (ontol. §. 148. sch. 2. n. 4.) ; igitur ut mutua animas, et corporis dependencia reals sit, possibile est. Hace porro infra clariora erunt.

CLXXVII. Plures sunt rationes admodum probabiles, quae pro realitate hujus mutuae dependentiae pugnant. 1.) Talem exprimunt conspirationem, qualis foret, ut Wolffius (*Psych. rat. s. 3.*, 538.) acerminus hostis ipse fatetur, si anima vi sua produceret motus voluntarios in corpore, et corpus vi sua produceret perceptiones rerum sensibilium in anima, quo casu dependencia foret realis; jam vero ejusmodi experientia in aliis casibus saepe certo, saepius prohibiter rationem sufficientem aliejuis rationati, aut causam effectricem cuiusdam effectus, a proinde veram dependentiam colligimus, ut cum judicamus ferrum a magnete attrahit. Certe, si verum est, quod Wolffius ait (*Ontol. §. 129. sch.*): *quo posito aliquil ponitur, istud ejus ratio sufficiens est, concludendum erit, in motionibus corporis rationem sufficientem quorundam animas perceptionum, et in motionibus animas quorundam corporis motuum vere contineri* (*conf. §. 173. 174.*).

2.) Tam exquisita, tam artificiosa oculorum, aurium, reliquorumque organorum conformatio prorsus inutilis, et frustranca foret, si ea ad sensations animae resipue nihil conferent. Unde item, ut iudeas claritas accurata adeo proportione cum oculi, aut alterius organi perfectione respondet; ut ex aliquantum destrueto minatur, et illo prorsus sublatio omnino tollatur, et sexcenta hujus generis?

3.) Universals omnium hominum consenso de realitate ejus dependentiae usque ad Cartesii, ac Leibnitii tempora extitit; et vero hodie etiamnum extat; plurimi enim temesi in reliquis Leibnitii sequatur, hoc in argumento ab illo respondunt. Inde sic arguo; haec universalis hominum consenso vel fundatur in sensu communni naturae, vel non; si illud; sententia certa est (*§. 172. log. 3.*) si hoc: summe probabilest, est enim lex in arte critica certissime, opinionem magno hominem consensione longissimo tempore confirmatam tandem in probabilioribus habendam esse, quamdiu non demonstratur impossibilis; et falsa, aut opposita argumentis non preceariis, vel dubius, sed aequo saltem probabilibus constabiliatur, atque istud hoc loco omnino obtinet.

4.) Certum est animam vere, et realiter cum corpore uniri, in quo deum cumque ista uno consistat; neque enim, cum libet corpus suum relinquere potest; et ipsi etiam sensus doloris, famis, stis manifeste docent animam non ita adesse corpori ut nautam in navigio, vel, quod Platonus dixisse accepimus, ut regem in regno, sed aristoteli quodam nemus cum eo copulatum esset. Perspectus istud quoque Cartesius, unde ita mediatus est (*Medit. med. 6. p. 38.*); Aliquin enim cum corpus laeditur ego qui nihil aliud sum,

quam res cogitans, non sentirem idcirco dolorem; sed puro intellectu lues non emi stampicerem; ut natura visu percipit, sed quid in nasi frangatur; et cum corpus cibo, et potu indigeret, id ipsum expresse intelligerem, non confusos famis, et siti sensus haberem nam certe isti sensus nihil aliud sunt, quam confusitudinem cogitandi modi, et quasi permissione mentis cum corpore exorti. Jam vero quis probabilissimum esse neget; id genus unionem sine mutua unitorum et reali dependencia persistere non posse?

5.) Ex hac paro uniose animae cum corpore oritur compostum, sicut homo dicitur (*Essai de Theol. I. 2. §. 59.*), quodque omnium consensione unum suppositum, sive potius una persona (ontol. §. 233. sch.), unaque natura est, quod nec Leibnitius infaciatur audet, atque inde solide confirmatur, quod vulgo actiones voluntarietas nec soli animae, nec soli corpori, sed homini, personae nimurum ex utroque coalescenti, tribuanus: sic enim omnes loquuntur: *homo sentit, homo ambulat, homo studet etc.* Igitur necesse est, ut anima, et corpus simul unum agendi principium constituant (*ibid.*), quod, qua ratione sine mutua, et reali dependencia obtineri queat non intelligo.

CONTRA NULLAE PRO ADPARENTE TANTUM.

CLXXVIII. Praeter solam possibilitem in abstracto spectatum nulla ratio probabilis pugnat pro apparente tantum dependencia animae et corporis. Rationes, quas sententiae hujus patroni adferre solent, petuntur vel ab impossibilitate dependentiae realis, vel a nostra ignorantia, vel a summa congruitate cum infinita Autoris scientia, sapientia, potentia, providentia; aliam enim in Leibnitianorum, aut Cartesianorum scriptis non reperio; sed prius realis animae et corporis dependentia non est impossibilis (*§. 176.*), et in quaem contra ipsam objiciuntur, suo loco respondebo; deinde ignorantia, si enim daretur, negare affirmandi quidpiam, neque negandi probable argumentum suppeditat; ultimo nec ostendi potest has Conditoris perfectiones magis per apparentem, quam per realem corporis; et animae dependentiam commendari, nec si istud etiam certo evincereatur, continuo, ut ita sit, consequens foret; nullo enim pacto tenetur Deus suas perfectiones maxime manifeste (*conf. cosm. §. 74.*). Igitur praeter solam possibilitem, de qua, etiā a Dariesio (*Psych. rat. s. 2. c. 1. §. 62.*) aperte negetur, disputare polo, nulla probabilis ratio pugnat pro apparente tantum dependencia.

DEPENDENTIA REALIS APPARENTIA PROBABILITYS EST.

CLXXXIX. Multo probabilitus est mutuam animae, et corporis dependentiam veram corealem, quam solam apparentem esse. Cum enim praeter possibilitem in utramque partem plures rationes validi probabiles pro vera (*§. 177.*); nullae pro apparente tantum dependentia pugnet (*§. praecl.*), perspicuum est, hanc opinionem nullum probabilitatis gradum habere: mera enim possibilitas

Initium quidem aliquod, nondum tamen primus verae probabilitatis gradus est (§. 210. schol. log.); illam vero totidem probabilitatis gradibus gaudere, quot ex gratibus singularium rationum collectis coalescenti, proinde solide probabilem esse. Quod si igitur utraque comparetur, nemo dubitaverit, hanc prae illa multo probabiliorem esse.
Coroll. Longe itaque etiam probabilius est rationem sufficientem quarundam animae perceptionum in motibus corporis, et quorundam corporis motuum in volitionibus animae vere contingenti; qualis enim dependens est, talis sit ratio sufficiens, necesse est.

QUID EXPLICARE COMMERCUM -- QUID EJUS SYSTEMA?

CLXXX. *Explicare commercium* est reddere rationem saltem probabilem mirabilis illius harmoniae (§. 172.), similique ostendere qui posita ea ratione fieri possit, ut cum certis in corpore motionibus certae in anima perceptions; et cum certis animae volitionibus certi et per structuram possibles motus in corpore coexistant. Propositione eam rationem, ac modus enuncians *systema explicandi commercii* nuncupatur.

Schol. Tria hodie sunt systemata in philosophia magis celebrata; antequam singula seorsum expendamus, iuvaret generatim constitutre, quibus dotibus sistema commercio explicando aptum tollers debet.

SYSTEMA APTUM FONIT REALEM DEPENDENTIAM.

CLXXXI. Nullam *systema commercio explicando aptum est*, nisi quod mutuam realem animae, et corporis dependentiam insituit. Systema explicando commercio aptum debet rationem saltem probabilem reddere mutuae harmoniae inter animam, et corpus (§. praeac.), sed id nullum *systema praestat*, nisi quod realem animae, et corporis dependentiam statuit. Nam cum realis dependencye prius apparente multo probabilior sit (§. 179.); multo quoque probabilius est rationem mutuas harmonias vel ex hac reali dependencye profluere, vel eamdem progignere, vel deum quomodounque cum ea consociari: ergo nullum *systema commercio explicando aptum est*, nisi quod mutuam animae, et corporis dependentiam realem statuit.

EJUSQ[UE] VERAM RATIONEM SUFFICIENTEM.

Coroll. Similiter patet necesse esse, ut *systema aptum ponat rationem sufficientem* quarundam animae perceptionum in motibus corporis, et quorundam corporis motum in volitionibus animae vere contingenti (conf. §. 179. coroll.).

QUONDOQUE HANC RATIONEM SUFFICIENTEM DETERMINAT, APTUM EST.

CLXXXII. *Systema, quod hanc rationem sufficientem determinat, explicando commercio aptum est.* *Systema, quod mirabilis animam inter ac corpus harmoniae rationem reddit,* similique ostendit, qui posita ea ratione fieri possit, ut cum certis in corpore motionibus certae in anima perceptions; cum certis animas volitionibus certi in corpore motus coexistent, explicando commercio

aptum est (§. 180.); sed id *praestat systema, quod ponit rationem sufficientem* quarundam animae perceptionum in motibus corporis, et *quorundam corporis motum in volitionibus animae vere contingenti*; haec enim ipsa ratio sufficiens est quicunque illius harmoniae ratio, atque ex plane intelligitur, quis modus ea mutua coexistentia actionum in corpore, et in anima possibilis sit; ergo *systema, quod dictam rationem sufficientem determinat, commercio explicando aptum est.*

C A P U T III.

De Systemate Assistantiae, sive Causarum Occasionalium.

QUID SYSTEMA ASSISTENTIAE?

CLXXXIII. Malherbians, qui Cartesii doctrinam in multis capitibus deformavit, demegata iam ante omnibus substantiis creatis vera agendi vi, in redenda ratione commercii ad Deum configit, docetque ipsum occasione impressionem in organa sensoria ab objectis externis factarum sensations in anima; et occasione volitionum animae respondentes in corpore motus secundum legem generaliem a se constitutam propria actione efficeri, atque inde omnem harmoniam inter animam, et corpus pendere.

Schol. 1. Audiamus ipsum auctorem; versio latina sic habet (Rech. la verit. 1. 6. p. ch. 3.): *Omnes causas naturales non esse veras causas, sed tantum causas occasioinales, et alias veritates, quae ab his sequuntur, paucis probare operae praetium est.* Nulla corpora, magna, parva praedita esse ei sese moveendi endens est. — *Vis movens corporum non est igitur in corporibus, quae mouentur, cum vis illa mouens nihil sit aliud quam Dei voluntas.* — Verum enim vero non modo corpora non possunt esse verae causae illius rei; mentes etiam nobilissimae in eadem versantur impotentia. *Nihil possunt cognoscere, nisi Deus illas illuminet; nihil possunt sentire, nisi Deus ipsas modifical: nihil possunt velle, nisi Deus ipsas versus se moveat.* Possunt quidem determinare impressionem, qua Deus ipsas versus se inflicit, sed non satis scio, an id dico possit potentia. Si posse peccare est potentia: — jam autem constare mihi videtur voluntatem spirituum vel minimum corpus mouere non posse; nam nullam esse connectionem, necessariam inter voluntatem nostram, ex gr., movendi brachium, et motum brachii evidens est. Moretur quidem, quando volumus illud moveri, ac proinde sumus causa naturalis motus brachii nostri; sed causae naturales non sunt verae causae; nihil sunt, quam causae occasioinales, quae non agunt nisi vi, et efficacia voluntatis divinae. — *Hinc igitur concludendum est, homines quidem vello mouere brachium, sed Deum solum posse illud mouere.* — Addo concipi non posse, Deum posse communicare hominibus, aut Angelis potentiam, quam habet moveendi

corporis; ac certe qui existimant potenteriam, quam habemus, morende brachium esse veram potentiam, debent fateri Deum posse etiam communicare mentibus potentiam creandi, annihilandi, faciendo omnia possibilia, uno verbo, Deum posse illas reddere omnipotens.

*Schol. 2. Systema hoc, quod caussarum occasionalium, vel assistentiae dicitur, a plurimis familiae Cartesiane alumnois adoptatum est, ac inde vulgo Cartesianum audit. Verum cavadum, ne Cartesium ejus auctorem putemus; virum enim doctissimum diversam longe sententiam tenuisse et alias insinuavi (ont. §. 147. sch. 2.), et infra ex proposito demonstrabo. Ceterum ipsi hi Cartesiani inter se dissident; alios enim rigidum occasionalismum; alios tolerabiliores proferunt. Illi Malebranchii vestigis artius insistentes, dum omnem sensum discriminem vim rebus creatis, animaque nostras adimplant, libertatem tollunt (*Dial. de met. et rel. dialog. 4. seqq.*); istud certe ex Malebranchii principiis prona consecutione fluit, ut tum ex verbis, ante relatis *mentes nihil possunt velle, nisi Deus ipse versus se moveat; vix et vel maxime in eis illas alias docuit: anima seipso non determinare ad id, quod bonum judicet, sed a Deo determinari, clare coligi potest.* Hi autem vel animae saltet vim volendi tribuant, ipsamque libera voluntatem occasionem praebere Deo, ut ipse corpus moveat, asserunt vel vim quoque percipiendi adjiciunt putantes, eam a Deo in gratiam motuum in cerebro effectorum excitari solam, ad dirigi ad sensations harmonicas dilectiones. Verum nullo horum sensu systema istuc sustineri posse mox patabit.*

HOQ. SYSTEMA TOLLIT REALM DEPENDENTIA.

CLXXXIV. *Systema caussarum occasionalium tollit mutuum, et realem animae, et corporis dependentiam. Ut enim nemo dixerit horologium a bello b realiter pendere, si artifex, vel quis aliis occasione motum indicis in b similiiter indicem in a moveat; ita nemo seria mente affirmare potest hoc in systemate animam a corpore, authoc ab illa vere et realiter pendere. Immo si hic aliqui latet vera dependentia, potius Deus videtur in imprimendis animae sensationibus a motibus corporis, et in efficiendis motibus corporis a voluntibus animae pender.*

NITITUR HYPOTHESES, PARTIM FALSA, PARTIM PROBABILI.

CLXXXV. *Systema istud nititur hypothesi partim falsa, partim minus probabili. Imprimis probabile non est generatim causis creatis nullam agendi vim competere (ont. §. 148. 175. et cosm. §. 50.). Deinde nominatim nullam in anima vim inesse falsum est (§. 156.); profecto quomodo substantia per alienam vim cogitare aut vivere possit, intelligi absolute negatur, et tamen nos animam per substantiam cogitarene duce Cartesio definitum. Quis? Quod Malebranchii opinatio de nostrarum cogitationum natura, ac origine per quam absurdum est ut alias videbimus. Denique si rationcinari licet; vel Deus*

In mente nostra solas sensations, vel reliquias quoque voluntiones effect; hoc alterum sensu intimo repugnat, et libertatem tollit; illud vero solum sine ratione sufficiente asseritur; non enim nobilior est vis sentiendi, quam volendi. Si igitur animam vi propria velle potest, cur non aequi vi propria sentire possit? certe sicut volunties, ita sensations non sunt nisi quaedam animae modificationes; unde legitime concludo: anima habet vim se modificandi volendo; ergo et sentiendo. Ex his autem, qui putant vim percipiendi animae a Deo dirigi, quero, cur ea ab ipso obiecto per cerebri motiones representata dirigi nequeat.

NOQ. REDDIT RATIONEM PHILOSOPHICAM COMMERCIA.

CLXXXVI. *Hoc systema non reddit rationem philosophicam commercia. Philosophi quippe est naturalium effectuum, ac phenomenorum causas, et rationes naturales adferre, quod certe non praestat; qui illico ad immediatam Dei actionem recurrit, ipsamque voluntat ex machina advocat.*

*Schol. Hac ensis licentia, a sapienter Boehmio (*Psych. rat. §. 64. sch.* 1), concessa difficultimi quicque in philosophia nodi non solvantur quidem; secundatur tamen facillime, et ridicule simul, cur verb. gr. flores primo, dein denum poma ferat arbor, querenti responderet, quis Deus primo floribus, deinde pomis arboreo ornat. Id ipsum quoque Tellius agnovit (*De div. l. 3. c. 26. Ib. t. 28.*): magna studitia est earum rerum Deus facere effectores, causas rerum non quaerere. Etrursum: quid quid enim oritur, qualecumque est causam habeat a nature, necesse est. Alias Stoicos reprehendit dicentes (*De nat. D. l. 5. c. 9.*): nihil fieri sine Deo, nec ullam vim esse naturae, ut sit dissimilia possit effingere.*

UNDE COMMERCIO EXPLICANDO APTUM NON EST.

CLXXXVII. *Hoc systema aptum non est explicando commercio animae cum corpore. Systema, quod non statut mutuam realem dependentiam corporis, et animae (§. 181.), quodque praeterea hypothesis partim falsa, partim minus probabili ostium, nec rationem philosophicam commercii reddit, profecto aptum non est explicando commercio animae cum corpore, sed haec omnia in istud systema cadunt (§. 181.); igitur istud systema explicando commercio animae, et corporis aptum non est.*

C A P U T . IV.

QUID SYSTEMA HARM. PRAEST.

CLXXXVIII. *Leibnitius novum protulit systema, quod et ad explicandum commercium, et ad commendandam Auctoris supremi sapientiam, et potentiam apertissimum opinabatur. Est ipsi anima ou-*

Storchianu Metaph. Lib. III.

tomaton quoddam spirituale, sive ens, quod ex vi interna, ac in serie non interrupta suas perceptions, et appetitions citra omnem ad corpus relationem efficit, ita ut quilibet status praesens futuro gravidus sit, id est, ut in statu ments antecedente semper ratio sufficientis consequentia continetur, quo fat, ut in primo animae creatae statu omnes reliqui, quo per totam aeternitatem habitura est, sicut modo includantur. Est deinde ipsi corpus automaton quoddam materiale, in quo similiter omnes motiones, illae quoque, quas voluntarias dicimus, a vi interna, concurrente ipsis machinae structura, in serie continua circa ullam relationem ad animam perficiunt ut rursus quisvis status antecedente rationem sufficientem subsequentis contineat. Denique harmoniam inter motus corporis, et perceptions animae, ac inter volitiones animae, et motus corporis inde provenire docet: quod Auctor sapientissimus cuius animae illud ex omnibus possibilibus corporibus elegerit, quod ipsum tam perceptionibus, quam volitionibus congruus flosus vi insita effecturum per infinitam suam scientiam praevidit; atque sic harmoniam hanc a Deo praestitam esse pronunciat.

*Schol. Sententiam Leibnitii accurate, et sincere exposui; qui de eius dubitat, aedat ipsius auctoris scripta, quorum praecepsa sunt: Principia philosophiae a §. 18. ad 25. Essai sur la Théodicée p. 1. §. 61. et suiv. Principes de la nature, et de la Grace fondé en raison, Eclaircissement sur l'union de l'ame, et du corps. Replique de Mr. Leibnitz aux réflexions de Mr. Bayle. Systema hoc accerrimos et defensoris, et impugnatores habuit: illorum facile princeps Wolfius est, cuius praecepsa propositiones haec sunt (*Psych. rat. s. 3. c. 4. §§. 614. 615. 616.*). In systemate harm. praeest, anima si sibi proprias producit omnes suas perceptions, et appetitions continua serie. Perceptions, et appetitions in anima eodem, quo nunc, modo consequentur, etiam si corpus non existet. In systemate harm. praeest, si mechanismi corporis ex ideis materialibus sensibilius nascuntur motus volitionibus et appetitionibus animae respondentes circa ullam determinationem extrinsecam, et immediatam. Et eodem, quo nunc, modo adhuc consequentur, etiam si anima non existet, nisi quod nobis eorundem minime consenseremus. Wolhus secuti sunt Wulfferus, Thummigius, Canzius, Mejerus, alijque non clari aedes nomini. Impugnarunt vero hoc systema Fucherius Canonicus Diviennis (*Journ. des savans du de Sept.*), Baylius (*Dict. histor. et crit. art. Rorarius.*), Franciscus Lamy (*Dela connoiss. de soi-même.*) Newtonius, Clarkeius (*Récueil des drs. piec. cinq. replique de M. Clarke.*), Tourneminus, Stahlius, Hollmann, Reinbeckius, Richterus, Koutenius, Antonius Gentensis, Dariesius, Fortunatus a Brixia (*Met. p. 2. s. 3. Psych. rat. s. 2. c. 4. §. 641. sch.*), qui innumeratas contradictiones a Wolfio in ejus defensiones admissas, plurimasque absurdas consecutiones, quae inde suptate flunt, et copiose et solide*

demonstravit. Medias quasi viam inferunt alli, quo pertinent Winklerus, Boehnius, Baumeisterus, Goitschedius; hi, etsi patent harmoniam praestitam ab objectionibus satis vindicari posse, multo tamense propensiones ad influxum physicum amplectendum exhibent. Audi Boehnius. *Causis occasionalibus proscriptis vel influzui, vel harmoniae, prout cuique placuerit, suum adjiciendi calculum liberam auditoribus reliquo facultatem: ipsem interim prior inter haec systemata quippe cui vulgariter non sine vi menti inferenda deponendae notiones magnam conciliant praeumptionem, tandem prae altero favore, donec de ejus fastidie convictus fuerit. Quid ego de hoc systemate sentiam, sequentiam, propositionibus manifestum faciam.*

SISTEMA HARM. PRAEST. TOLLIT REALEM DEPENDENTIAM.

CLXXXIX. *Systema harm. praeest, tollit realem animae, et corporis dependentiam. Ut enim Leibnitz contra Carlesianos patitur a duobus horologis supra usus sum: ita hic contra ipsum idem argumentum inverti patet. Certe duo horologia, etsi ita affabre confecta, ut semper consonent, reapse tamen a se mutuo non dependent; secus omnia in civitate horologia, cum simul duodecim sonant, a se de dependent: igitur etiam in hoc systemate, in quo anima sine relatione ad corpus, et corpus sine relatione ad animam omnia agit, non datur illa realis dependentia.*

DUCAT CVM PRINCPIO RAT. SUPR.

CXC. *Systema harm. praeest, pugnat cum principio rationis sufficientis. Multa quippe in hoc systemate admittuntur status animae, qui nullam habent rationem sufficientem; sic enim argumentor: nulli animae status habent rationem sufficientem in corpore, vel ejus motionibus (*§. 188.*), complures autem animae status neque in statibus antecedentibus rationem sufficientem habent, ut cum mens reperit ex statu gaudii ad statum doloris, ex statu somni ad statum vigilie, ex statu perceptionum obscurarum ad statum clararum transist: hi igitur, et similies animae status in hoc systemate nullam habent rationem sufficientem.*

*Schol. Profecto cum nulla prorsus connexio, nulla proportio inter hujus generis status, aut perceptions illa ratione comprehenduntur, absque omni veri specie, et omnino preclaro assertur, animam in serie continua suas perceptions, et appetitions ita producere, ut semper status antecedens continet rationem sufficientem subsequens. Praeclare hic Genuensis (*El. met. p. 2. propos. 28. pag. 147.*). Sumat quis in manus lexicum aliquod linguae aliquius, catalogum plantarum, animalium, aut altarium regnum, dictionarya artium, scientiarum, historiarum, intra horum percurre potest duo milia verborum idem然るに、 intra nullummodo connexarum, plantarum distimilium, animalium, artium, factorum, hominum illustrum. Quis in omnibus his dizerit rationem posterioris ideae, aut perceptionis continet?*

in anteriore, et non potius in impressionibus in sensibus, auctorero facis? ex gr. lego haec verba: Aaron, Aristides, Aristippus, Averroes, Batriis, Bucephalus, Binkersoeki, Buffingerus, Codrus, Caesar, Caesenates, Centaurus, David, Delphius, Dido, Danteo.: totoide observantur menti perceptiones, est autem quisquam adeo ineptus, qui dicat rationem sufficientem notionis Aristidis esse in perceptione summi sacerdotis Aaronis, Aristippi notionis in Averroe, Averrois in Aristippo, Binkersoeki in Bucephalo lego haec: Alpha, Aaron, Acanthus, Anchora, Armenis, Elephas, Cedras, Persepolis, Pyrrhus, Alexander Macedo, Homerus, Ficus, Ellipsis, Draco, Lepus, Quadratum, Quercus, Luna, Diagonalis etc. Tunc in his alterius perceptions in altera rationem sufficientem explicaveris? aquae nisi haec compont Leibnitian, sciant neminem esse adeo incognitam, qui haec sibi velit persuadere. Sunt, inquit, rationes sufficientes, quas non peruidemus. Scilicet ita ludere cum pueris potuit renatus Pythagoras, ut ita una esset ratio: ipse dixit, ut philosophus, ut nora doctrina persuadeatur, rationes saltuum probabiles reddendae sunt, quas illi intelligent, et probent. In obscuris, ajunt alii, perceptionibus, quae perpetuo adsunt, tametsi non earum minime consilii simus, eas rationes sufficientes latere. At cur in obscuris ratio sufficientis clararum, aut distinctarum? anne major proportio, aut conexio ideae clarae cum obscuri; cur in ideis his obscuris semper continetur ratio sufficientis eius ideae, cuius objectus acutus sensibus obversatur? haec, et sexanta alia ipsius cum ratione occini possunt; at nem non videt, qui aliquid videt, dici absque ratione sufficientis, quemque ab aliis dicitur, aut ab eorum acutissimo dici queunt. Quare adduci omnino non possum, ut aut a Leibnito, aut a Wolffo, aut a quovis alio cordato philosopho serio animo hanc, et similia affirmata fuisse credam.

ADVERSATOR LIBERTATI QUOD ACTUS INTERNOS ET EXTERNOS.

CXCI. *Systema harm. praest. adversatur libertati voluntionum, et voluntionum mentis humanae.* In hoc systemate anima ita agit in serie continua, ut status antecedens continet rationem sufficientem subsequentis (§. 188.): sed hic agendi modus repugnat libertati in volendo, et nolendo (§. 116. cor. 2.). Illud nimur si sit, tum positio primo animae statu jam omnes reliqui, quos per totam vitam habitura est, tamquam in sua radice ponuntur; et siue ex primo unius tantum, et determinatus quidam evolvitur, ita idem de quovis alio obtinet: ergo quaevis voluntio, quam anima quocunque tempore haberuit, jam in praecedentibus ita determinata fuit, ut neque ipsa omitti, neque contraria voluntio ponи possit. Quis autem nescit, ad liberas voluntiones requiri contingentiam formalem, sive internam, ut nempe salvo statu antecedente absesse, vel adesse possit (§. 115. coroll.?).

Schol. Nec juvat dicere 1.); eam seriem voluntionum ab ipsa anima electam esse; nam primum sine praecedente perceptione non fit electio (§. 118.); ante primum autem hujus continuæ serieris statum nulla fuit perceptio: ergo ea series eligi non potest. Deinde demus, primum totius serieris statum libera ab anima electum fuisse; non tamen propter ea omnes religui status, et voluntones evolvendas ipsi libera esse, et in praemium, aut poenam imputari poterunt; nam ad hoc requireretur praevisionis omnium statuum consequitorum, qua autem ratione potuit anima omnes status, id est, omnes voluntiones, et voluntes cum primo statu, quem elegisse dicitur, concretae praevidiisse? Nec 2.); perceptiones solum; non item voluntiones, in continua serie ab anima effici; nam imprimitur et haec est aperta Leibnitii, Wolffique doctrina (§. 188. et sch.), ut sub appetitionibus semper etiam voluntiones intelligant (§. 102. sch. 2.), et status animae non perceptiones modo, sed et voluntines complectitur: si igitur quisvis status animae sit gravidus futuro, ut Leibnitius loquitur, omnis utique voluntio subsequens in praecedente statu includitur. Deinde tametsi perceptiones tantum in serie continua evolvi daremus; cum tamen per ipsos quaevis perceptio boni sit ratio sufficientis voluntionis (§. 118. sch. 1.), non minus necessario respondentis ipsius voluntiones continuo sequentur.

CXCII. *Systema harm. praest. aduersatur quoque libertati actuum externorum in corpore.* Primum ubi nulla est voluntio libera, ibi nullus actus externus, utpote imperatus, liber esse potest (§. 115. schol.); sed in hoc systemate nulla foret voluntio libera (§. praecc.); igitur neque illus actus externus. Sed his interea omissis, in hoc systemate omnes motus corporis ex vi, et structura ipsius mechanica ita in continua serie provenient, ut motus antecedens continet rationem sufficientem sequentis: igitur omnes motus in corpore humano, quos alias voluntatis dicimus, ita sunt necessarii, ut motus cordis, sanguinis, arteriarum vel motus indicis in quovis horologio: asprende sic ut in imperio, ac voluntati animae non subsunt, ita nec illis subjiciuntur. Profecto nullus in corpore motus liber esse potest, nisi sit voluntarius; voluntarius autem non est, nisi a voluntatis imperio pendeat (§§. 109. 110. 111. sch.), atque in hoc systemate motus corporis non ab imperio voluntatis, sed a vi et mechanismo corporis, ac a motibus antecedentibus pendet, non alter ac motus indicis in horologio. Et denique nonne est nos gaudere libertate et sensus intimus, et sensus naturae communis docet, ut in hoc corpore, quod nunc habemus, bene vel male agamus? nonne illeo institutus juvenes, punimus, praemiamus, ut in hoc corpore honestos actus exercant? At vero in hoc systemate haberemus ad summam potestatem omnitemittendis hos motus, aut ponendis alios pro alio corpore, quatenus nimur Deus pravaicia alla voluntione anima illud ipsi ab aeterno corpus destinasset.

Schol. Wolffus se hic mirum in modum torqueat, amareque injuriam sibi inferri queritur; putat in hoc systemate, ut in quovis alio, R-

170. *Psychologiae P. II. Sect. II. Cap. IV.*
 libertatem salvam persistere: parum ad eam tuendam referre, quodvis sistema eligitur, at nihil proficit (*Psych. rat. s. 2. c. 4. §§. 630. 631. 632. 633. sch.*). *Appetitiones in anima*, aut, non fuerunt praestabilitae. Quid inde? non grunt igitur volitiones vi praestabilitonis divinae necessariae, erunt tamen vi illius modi, quo anima in hoc systemate agit, ac volitiones in continua serie producit. In *systemate harmoniae praestabilitae*, inquit ille rursus, *anima eodem modo pervenit ad appetitiones, seu volitiones, quo ad easdem pervenit in systemate influxus physici*. Nuge! in nullo systemate, nisi in isto, anima ita ad suas volitiones pervenit, ut cuiusvis ratio sufficiens in statu antecedente continetur. Itaque et quod subiungit, falsum est. Quodcumque tandem modo *libertas in systemate influxus physici* concipitur, eodem etiam in *systemate harmoniae praestabilitae* concipi potest. Nimirum non attendunt enim, qui dicat, sed quid ex systemate, quod tanto cum strepitu, et cum tanta in adversarios acerbitate, ut nec calumnias abstineat, defendit, perse se profuit. Libertatem deinde motum in corpore per praescientiam divinam vindicare nititur (§. 633. sch.). Pone enim, ait, *Deum praescivisse ab aeterno, qualiter motum corpori jam sit imperatura anima*. Cum praescientia Dei fallere minime possit, necesse est, ut hunc, non alium motum corpori imperet, quem Deus praescivit. Motus igitur corporis, eti in se necessarii, liberi tamen erunt, quatenus a praescientia omnes volitiones animae futuras, ac ipsius impetraturas, praevidenti pendent. At quis, ubi, quando huic imperio locus erit, cum anima sine relatione ad corpus omnia agat, cum sic actura fuisse, eti cum nullo corpore fuisse conjuncta? Quomodo item motus corporis liberi, quando nulla talis est voluntas? Sed dabo aliquid: habeat anima, stante harmonia praestabilita, facultatem libere volendi, vel non volendi hos, vel illos motus sui corporis; pollebitne continuo etiam potestate hos, vel illos motus ponendi, vel non ponendi in hoc corpos, quocum copulata est, et in quo vi mechanismi tantum hi motus necessarii ediri debent? Nullo certo pacto anima gauderet libertate ponendi, aut impediendi motus in corpore, quocum actu conjuncta est, eti fortassis effossa potuisse, ut non cum hoc, sed cum alio aliquo corpore uniretur, in quo ali quidem motus, sed aequo per stracturam necessarii perficerentur. Quod ad praescientiam Dei attinet, patet ex aliis dicti (*cosm. 8.37.*), ideo ab illa libertatem non laedi, quia determinationem hominis, velut suum objectum consequitur, atque ab illa impediari potest; induc enim fit, ut non obstante praescientia actus primus proximus perfecte indifferens ad voluntum, vel non voluntum, vel nonendum; ad ponendum, vel non ponendum hunc, vel illum motum permaneat. Quod si praescientia Dei hanc indifferetiam, vel ponendo aliquod principium essentialiter connexum cum actu secundo, vel quacumque alia ratione tolleret, tolleret ea hoc ipso simul libertatem, cum actio sub eodem actu primo proxima

sub quo erat praewisa ut libere futura, ab homine amplius omitti non posset. Jam vero istud ipsum in hac hypothesi evenit; cum enim motus hi in hoc corpore vi mechanismi necessarii forent, anima et conjuncta cum corpore non haberet amplius actum primum proximum indifferens ad ponendos, vel omittendos hoc actus; quare, eti Deus ante electionem corporis animam quendam motum libere volitaram, numquam tamen eandem in hoc corpore libere illum motum posituram praewidisset sicut nec motum hunc a corpore libere ponendum praewidet. Pone Cajum nunc a Deo praeverideras libere deambulationem omissurum; pone deinde post hanc praevisionem a Deo gravem morbum Cajo immitti, quo lecto affigatur; putasne Cajum libere omissurum deambulationem profecto non; Caius enim non haberet actum primum proximum indifferens ad ambulandum, vel non ambulandum, neque Deus, dekretu jam morbo, ipsum libere deambulationem omissurum praeverideret. En causam nostrum simillimum: ut morbus impediret Cajum a libera deambulationis omissione, ita motus per structuram corporis mechanicam determinati, ut necessarii impeditent animam a libera eorumdem positione, tametsi antea libere volitura fuissest praevista. Rursus itaque frustra Wolfs clamat, nosque Socinianis favera calumniantur (*Ibid.*): *Praestabilito enim harmoniae animae, ac corporis a praescientia divina tota pendet, quatenus volitiones animae libere sunt, adeoque quod contra praestabilitonem urgetur tamquam libertati adversum, id totum revidit in praescientiam divinam*. Qui adeo praestabilitoni harmoniae animae, ac corporis hoc in parte adversantur, cum Socienii faciunt, eorumque causam adversus theologos orthodoxos agunt.

VIAM STERNIT AD IDEALISMUM.

CXCIII. *Systema harm. praest. viam sternit ad idealismum.* Posita harmonia praestabilita existentia corporum nec a priori, nec a posteriori probari ultra ratione potest; non primum: ex eo enim, quod ex animae natura, vi ingenita, ideae corpora representantes evoluntur, sequitur solum idealem ipsis existentiam competere, non alterum: nulla siquidem experientia de corporum existentia haberi potest, si animas ita agant, et agerent, tametsi nullum corpus existere: igitur patet propositum.

Schol. Ajunt quidam cum Boehmio e notione mundi optime existentiam corporum demonstrari (*Psy. rat. s. 2. c. 4. §. 640. Theol. nat. s. 1. c. 4. 8.1. sch. Princ. phil. 55.*). At notiorem hanc inanem esse alias evincimus, et dat etiam unde ipsi norunt ad mundum optimum corporis quoque pertinere? an quia possibilis sunt? igitur omnia possibilia a Deo procreari debuerunt; igitur a vero aberravit Leibnitz, cum assensu infinita universa possibilia fuisse in ideis Dei, et unum tantum praec relictis electum fuisse. Porro quemadmodum in hoc systemate existentia corporum ignoraretur, ita quoque con-

junctio, et commercium animae cum corpore prorsus nos laeteret, quia haec ignoramia perduraret etiam, tametsi quocumque ex principio existentia corporum demonstraretur nam, cum animam omnes suas perceptions, et volitiones absque ulla ad corpus relationes in serie continua produceret, ignoraret utique, utrum ex corporibus, quae quidem existere sciret, num aliquod ad se pertinet, et tamen in eo motiones suis voluntionibus harmonicae perficiantur; per experientiam certio in harmonia hujus cognitione pervenire minime posset. Quia cum ita sint, quero ex harmonista: Unde nosti animam cum corpore copulari? Unde actiones animi, et corporis harmonicas esse? Unde denique dari commercium, cujus tu phænomena in psychologia empirica enarras? Ab experientia, inquit; quae enim in ea psychologias parte proponuntur, per experientiam nota sunt. Bene habet: tu itaque opinione phænomena commercii nobis per experientiam innotescunt. Jam queso istud ratiocinio benigne accipe. Phænomena commercii per experientiam nota sunt, igitur illud sistema falsum est, quo positio haec experientia haberet nequit; atque positio systemate harmoniae praestabilitae haec experientia haberet nequit, ergo sistema harmoniae praestabilitae falsum est. Demum non apparet, quid in hoc systemate aliqui percivaciter neganti in aliorum hominum corporibus animam inesse, aut egoistæ contendenti suum solum animum existere prudenter responderi queat; quare sistema istud non modo idealismo, verum et egoismo portam aperit.

NON REDIT RATIONEM PHILOSOPHICAM COMMERCII.

CXCIV. *Systēma harmoniae præstabilitæ non reddit rationem philosophicam commercii.* Ut enim harmoniæ ipsi egregie in Cartesianos urgunt, ille effectum naturalium, ac phænomenorum rationem philosophicam non reddit, qui neglecta indagatione causarum naturalium illito ad immediatum Dei actionem recurrerit; atque idem ipsum illi præstant: ut enim rationem harmoniae mutuæ inter corpus, et animam reddant, configuant ad actionem qua Deus corpus, quod ex omnibus possibilibus motis voluntibus animæ simili prævisiōis harmonicos vi mechanisi editurum prævidit, cum hac anima consociavit: igitur nec harmoniæ rationem philosophicam commercii reddunt.

Schol. Audi Fortunatum a Brixia (*Mot. p. 2. s. 3. prop. 15.*) Ponamus globum terraqueum esse machinam ex artificio a Deo elaboratum, ut solitus mechanismus quo instructus est, maris aqua bis singulis diebus affluit, bisque refluat. Ponamus quoque solen, utque lunam ei solitus mechanismus suum tam periodicum, quam diuturnum motum perficiere. Ponamus postremo terraqueum globum ex artificio collocatum in universi centro a Deo fuisse, quo ipse prævidet fore, ut effluit mare, cum luna ad meridianum pervenit; refluat, cum illa prope horizontem extitit. Hunc postis quero, an per hanc harmoniam inter terra-

queum globum, et cælestia corpora a Deo præstabilitatem maris aestu explicari ita possit, ut ipsa explicatio digna jure, ac merito sit, quae inter philosophicas censeatur? Si haec explicatio ponatur philosopho digna, miror, cum maris aestus a deo torserit olim, et modo etiam torqueat philosophorum ingenia, cum tanta possit facilitate exponi; nihilque gratior, quod omnium primus tam grande naturæ arcanum in aperto posuerim. Si vero maris aestus hoc modo nequam expontur, propterea nimis, quia principia, quae assumuntur, aequo nos lateant, ac phænomenon ipsum, quod illorum operæ explicatur, totaque insuper illius causa ex divina sapientia derivetur: eamdem ob caussam neque explicatio commercii mensis cum corpore, quam tradunt harmoniæ, pro philosophicâ habenda est, sed tamquam arbitrarium figuramentum philosophopho prorsus indignum est rejicienda.

ATQUE IDEO SUSTINERI NON POTEST.

CXCV. *Systēma harm. præst. sustineri non potest.* Illud certe sistema sustineri non potest, quod realem corporis, et animæ dependentiam tollit (§. 191.); quod pugnat cum principio rationis sufficientis: quod libertatis adversatur, quod viam sternit ad idealismum; quod denique nec philosophicam rationem commercii reddit; sed haec omnia in systemate harm. præst. convenient (§§. 189. seqq.); igitur systema harm. præst. sustineri nulla pacto potest. *Schol.* Præterea brevitas causa innumera alia, quae hoc loco cum ratione uigeri possent (*Psych. rat. s. 3. c. 4. §. 618.*); lectoribus simul dijudicandis relinquentur, quale pondus huius systemati inde accedat, quod ab atheo admitti nequeat; quemadmodum acute, si superis placet, *Wolfsius* amaverit.

C A P U T V.

De Systēmate caussalitatis, sive influxus physici.

QUID SYSTEMA CAUSSALITATIS?

CXCVI. *Systema caussalitatis, sive ut vulgo ajunt, influxus physici,* ponit mutuam animæ in corpus, et corporis in animam actionem, atque ab ea ratione petit cur eum certis animæ affectionibus certi in corpore motus, et vicissim perpetui coexistant. Hanc porro mutuam actionem ita concipiendam esse arbitror. Ideæ materialies (§. 13. sch.), id est motiones excitatae ab objectis externis in organo sensorio, tum nervorum operæ ad sensorium commune, quæ animæ sedes est (§§. 14. 171. cor.), propagatae (§. 13.) animæ objectum externum representant, camque simul determinant, ut vi sibi insita illius ideam in se excitet, atque adeo illud percipiat: unde necesse est, ut semper cum tali in organo mutatione talis in mente sensatio existat. Anima deinde exercendo facultatem lo-

comotivam, cum vult, vi sua determinat fluidum subtilissimum cerebri, seu spiritus animales, ut eos in nervos, eorumque musculos influant, quorum expansione, tensione, aliusque similibus affectionibus desideratur in membro corporis motus consequatur, id quod fieri posse ex anatomia patet. Atque inde fit, ut cum certis in mente voluntibus certi semper in corpore motus coexistant.

Schol. Ea hic ratione actionem animae, et corporis mutuam explicet, quam et convenientissimam, et maxime probabilem censeo: nemo ignorat eam variis proferri; nonnumquam infuxum crasso plenis ac materiali sensu concipi: cuius fortasse utili quidem ex veteri peripateticorum turbâ accusari possent (*Psych. rat. s. 3. c. 1. §. 567, 568.*). Sed id genus explications meas non facio: quare nihil in mo volebunt convicia illa, quibus *Wolffius* huc systema, nequaque philosophice, insectatus est.

SYSTEMA CAUSSALITATIS NON EST IMPOSSIBILE;

CXCVI. *Systema caussalitatis non est impossibile.* Neque enim animam in corpus, neque corpus in animam dicta ratione agere repugnat: non primum: nam siue generatim spiritu gaudere facient movendi corpora non repugnat (oh. §. 148. sch. 2. n. 2. 3. 4.), ita multo minus id in anima repugnat; ipsi siquidem vi sui muneris ab Auctore impositi conservandi corpus, et removendi ab eo res noxias non modo summo iure competere, verum et necessaria esse talis movendi facultas videtur. Quid? quid substantiae materiales motu per vim propriam in se concitato alias substantias materiales secundum generales naturae leges ad motum determinare possunt (cosm. §. 53, schol.); curigitur anima non possit habere eam facultatem, ut per vim suam actione quadam, seu etiam moto in se concitato secundum leges, quas Deus supremus. Auctor pro hoc commercio sancivit, excitat motum in elementis substantiae fluidissimae sibi vicinioribus, que, in motu constituta fuerint, reliqua deinceps, sicut totam denique corporis machinam rursus secundum generales motum condicent. Sed nec alterum: vis enim animae percipiendi objecta sensibilia et ab his aliquando modo pendet, et cum mens per se aut essentiam suam ad unam positis, quam alteram sensationem determinata non sit ab objecto determinari poterit; cumque praeterea vis finita ad quaecumque objecta se non porrigit; aliquoquin necesse est, ut objectum rite applicetur, acciso modo praesens sistatur; poterunt igitur ideae materiales animum determinare ad percipiendum objectum sensibile, si modo istud per illas animae rite applicari, ac praesens reddi possit: id vero omnino veri potest: ideae siquidem materiales, cum sint actiones specificas objectorum, congrue utquaedam eorumdem imagines concipiuntur, quae, cum animae ibi existenti praesentes sint, eidem hoc ipso objecta quadam ratione praesentia redditum. Quare cum ante mens deficientia debita objecti applicatio nes, sive praesentia objectum illud sensibile vi sua percipere non potuerit, nunc jam sublatu impedimentoo percipiet. Atque ita possunt

ideae materiales dici animo determinare ad perceptions objectorum sensibilium tollendo impedimentum, praebendendo occasionem, quatenus illa praesentia efficiant; qua in re nulla prorsus repugnativa ostendit potest.

NEC FALSUM ESSE DEMONSTRARI POTEST

CXCVII. *Systema caussalitatis falsum esse nec a priori, et directe, nec a posteriori, et indirecte demonstrari potest.* Si enim hoc systema a priori, et directe demonstraretur falsum esse aut repugnante, aut non existente, id genus actionis mutuae demonstrare potest; sed neutrum fieri potest, quorum illud patet ex §. praece.; hoc ex obiectuum solutione colligitur. Si vero ea demonstratio a posteriori, aut indirecte fieri potest, tum vel phænomena commerci cum mutta animae et corporis actione pugnant, vel inde ab absurdam conclusionem deveneretur: primum non est: nam phænomena etiam fatente *Wolffio*, aliusque talia sunt, qualia forent, si anima in corpus, et hoc in illarum vere ageret: alterum nemo asseruerit, nisi qui aperte dicere queat, quae sit ea conclusio absurdia, quod adhuc praestitum non est.

CONTRA REALER STANUT DEPENDENTIAM ANIMAE ET CORPORIS -- VERAM RATIONEM SUFFICIENTREM.

CXCVIII. *Systema caussalitatis statutu realem mutuam corporis, et animae dependentiam.* Systema quippe istud statut animam ab ideo materialibus ad perceptions rerum sensibilium; motus vero voluntarios corporis per vim animas determinari (§. 169.); atqui sita sit, tum utique animam in sensationibus a corpore, et corpus in motibus voluntariis ab anima revera pendet; igitur systema hoc realem mutuam corporis, et animae dependentiam statut.

Coroll. Igitur hoc systema quoque vera rationem sufficientem determinat, quae est in corpore de quibusdam animae perceptionibus, et quae est in anima de quibusdam motibus corporis (§. 181. cor.).

ATQVE INDE APTUM EST AD EXPLICANDUM COMMERCIUM.

CC. *Systema caussalitatis aptum est ad explicandum commercium animae, et corporis.* Systema, quod determinat rationem sufficientem, quae est in corpore de quibusdam animae perceptionibus, et quae est in anima de quibusdam corporis motibus, ad explicandum commercium aptum est (§. 182.); sed id praestat systema caussalitatis (§. praece. cor.); ergo hoc systema aptum est ad explicandum commercium animae, et corporis.

AC CUM PROBABILITATE DEFENDI POTEST.

CCI. *Systema caussalitatis cum magna probabilitate a philosopho defendi potest.* Systema caussalitatis nec impossibile (§. 197.); neq; aperte falso est (§. 198.); est vero praealtera aptum ad explicandum commercium animae et corporis (§. praece.); atqui aliud nichil desiderari posse videtur ad hoc, ut cum magna probabilitate a phi-

Iosopho defendatur; ergo systema causalitatis cum magna probabilitate a philosopho defendi potest.

QUAE CARTESII DE COMMERCIO OPINIO?

Schol. 1. Locus hic est, ut paucis ostendam, Cartesium nequaquam systematis caussarum occasionalium auctorem fuisse, quemadmodum supra (§. 183, sch. 2.) monui. Certe quamquam saepe obscurus loquatur, pluribus tamuis in locis ita loquitur, ut clara colligatur ipsum systema influxus physici non rejecisse, sed emendasse potius, et confirmasse. Ita multis probare nitor animam residere in glauclis pineali, ibi a spiritibus animalibus motis animi (De pass. anim. p. 1. art. 31. 34. Tract. de hom. p. 5.). Cum rebus humani structam explicat, ostendit, quo pacto in eo spiritus tum ad efficiendos in corpore motus, tum ad exadiuantia anima affectiones distribuantur. Clarius (Epist. p. 1. ep. 29.) in litteris ad Elisabetham Principem Palatinam datis sua sensa exprimit. Conobor, ait, hic explicare modum, quo anima, et corporis conjunctionem concipi, quo ratione possint illa hoc more pro anima et corpore simul non habemus nisi illorum conjunctionem notionem, ex qua pendet motus facultatem illius, quae potest anima ad movendum corpus, nec non facultatis ejus, que in corpore ad agendum in anima, sensus, videlicet illius, et passiones producendo. Rursus cum respondet adversario eidam habe obiectum (To. p. 2. ep. 5. n. 4.). Scribis nostrae menti vim esse dirigendi spiritus animales in nervos, atque hoc per motu membra; alii vero in locis scribis; nihil in mente nostra esse, cuius vel actu, vel potestate conscienti non simus; at istius virtutis, quae spiritus animales dirigit, mens humana non videtur sibi concia, cum plurimi nesciant, utrum nervi habeant. — Accedit, quod vix intelligi possit, quomodo res corporae possit impellere. His ille istud responsum reddidit (ib. ep. 5. n. 4.). Verum est, nos non esse conscientes illius modi, quo mens nostra spiritus animales in hos, vel illos poros immittit; iste enim modus non a mente sola, sed a mente cum corpore unionem dependet, sumus tamen conscientes omnis ejus actionis, per quam mens nervos moret, quatenus talis actio est in mente, quippe in qua nihil aliud est, quam inclinatio voluntatis ad hunc vel illum motum; atque hanc voluntatis inclinationem, quamvis spirituum in nervos influxus, et reliqua, quae ad istum motum requiruntur; hocque propter aptam corporis et inflexionem, quam mens potest ignorare, ac etiam postea mentis cum corpore unionem, cuius sane mens cor. cia est, alioquin enim ad membra movenda suauem voluntatem em non inclinaret. Quod autem mens, quae incorporea est, possit corpus impellere, nulla quidem ratiocinatio, vel Comparatio ab aliis rebus petit, vel certissima et evidenter issima experientia quotidie nobis ostendit; hac enim una est ex rebus per se notis quae,

De Systemate causalitatis, sive influxus physici. 177

cum volumen per alias explicare, obscuramus (ib. p. 1. ep. 69.). Denique in his, quae ad Henicum Morum scribit: Ut non dedecet hominem philosophum putare, Deum posse corpus movere, quoniam non potest. Deum esse corporeum; ita etiam eum non dederet aliquid simile de aliis substantiis incorporeis judicare. Et quamvis existimem nullum agendi modum Deo, et creaturis univoce convenire; fateor tamen, me nullum in mente nostra ideam reperire, quae representet modum, quo Deus et Angelus materialium potest movere, diversam ab ea, quae mihi exhibet modum, quo ego per meam cogitationem corpus meum movere me posse nisi conscius sum. Hic quamquam rem conficer videantur, addam testimonium diuinorum clarissimorum, ac genuinorum ipsius discipulorum, Ludovici de la Forge medici Sal-muriensis, et Domini Clereslier: prior tractatus de homine a Cartesio editum eruditissimis annotationibus illustravit, ac in libro de mente humana a se conscripto fusione oratione demonstrat, non rejectum, verum emendatum, et constabilium fuisse a Cartesio influxum physicum; posterior in epistola ad laudatum Ludovicum de la Forge docet, animam non quidem novum in corpore motum producere posse; pollere eam tamen facultate motum spiritum determinandi, ut huc potius, quam illic affluant, corporisque membra moveant atque istud se a magistro suo Cartesio didicisse aperire proficit. Inde quoque Leibnitius contendit doctissime Cartesium (Essai sur la Théod., p. 1. §. 60.), per animas in corpus influxum minime quidem laedi posse illam naturae legem, quae eamdem semper in hoc universo quantitate motus conservari jubet, posse tamen animas facultatem competere, qua motum, qui in corpore sunt, directionem motet; non secus, ac eques, qui tametsi equo, cui insidet, nihil virum tribuat, eum tamen regit, ejusque vires, quo sibi luhet, dirigit. Atque ex his satis manifestum esse opinor, causas occasionales nullum in Cartesio patrum habuisse, quamvis dubium remaneat, utrum verae movendi facultatem, an vero solam potentiam dirigendi motus in corpore aliunde excitato animas tribuerit: contra ligitur, ac Dariesius, aliqui putant, lege ille de eadem motu quantitate conservanda ad deducendas solum motum regulas in conflicto corporum observandas, non item ad tollendum influxum physicum usus est, quod ex ejus quoque philosophiae principiis perspicue intelligitur (P. 1. art. 37.).

RESPONDENTUR OBJECTIONIBUS, CONTRA SYSTEMA GENERATIM.

Schol. 2. Quae ab adversariis hoc loco opponuntur, ad tria summa capita revocari possunt: alia generativi contra ipsum systema; non minima alia vel contra actionem corporis in animam, vel contra actionem animae in corpus pugnare ipsisvidentur; siqulis perlustratis congruae responsiones suppeditabimus.

1) Acerbe Wolffius (Psych. rat. s. 3. c. 1. §. 556.) contendit systema mundi reapse nullum esse: nam qui dicit animam in corpus, hocque

in illam agere, simul tamen actionis hujus modum ignoramus (quod aliqui a quovis fatidum esse putat), illi affirmat mutationes in corpore, et anima coexistere, quia coexistunt: nullam nempe talis aliam actionis naturae ideam habet; quam quae coexistentiae mutationum in corpore, et anima responderet.

¶ Tametsi mutuae actionis modum penitus ignoraremus, quod tamen falsum esse ex §§. 189. 197. patet, tibilo minus falleretur Wolfius, cum putat nobis haec duo idem sonare: *animam agere in corpore, ac vicissim, et mutationes in corpore, et anima simul coexistere*. Diversa quippe haec nobis sunt siue causa, et effectus; coexistentiam mutationum in corpore, et anima effectuisti esse, cuius causa mutua actio sit, statuimus: quare duas, easque diversas ideas habemus, quarum una causae, altera effectus responderet. Nonne Wolfus nobiscum asserit perceptionem effectus esse vis representativa, qua anima pollet? Et nonne modum, quo ea vis agat, nobiscum etiam ignorat? Probabitur igitur hanc argumentationem: Wolfus ait, vim animae representativam efficiere perceptionem, modum tamen hujus effectus ignorat: ergo Wolfus affirmit, vim representativam efficiere perceptionem, quia effectus est, percipere, quia percipit? Note itaque Wolfus: questio in praesenti haec est: unde et quomodo fit, ut *tam arcum sit animam inter, ac corpus commercium?* Cai nos respondemus: *qua anima in corpus, et hoc in illam agit.* En systema, quo hujus commercii ratione reddimus. Ceterum, etsi in modo hujus actionis mutuae multa adhuc obscura, et incognita sint, nequit tamen haec ignorantia nobis vitio dari: minus propriea totum systema rejicit: nonne harmonia prestatibilita, ac praesertim ille corporis mechanismus, obscurissima sunt? Cur igitur eam Wolfus non rejicit (ib. §. 43.)? At mutua actio probari neguit; demus: quid igitur? Hypothesis physiologica: quale hocce est sistema, ipso Wolfi monente, probari non debet, satis est, ut pugnatio non contineat, utique cum phenomenis consentiat: actio igitur mutua verum est in sistema, etsi nulla ratione probari posset; nos tamen argumentis valde probabilibus, quae nimirum pro reali dependentia pugnat (§. 177.), eadem constabilius. Atque ex his confitetur actionem mutuam corporis, et animae quod substantiam minime ignotam esse, tametsi fortasse *quod modum ignota convenienter dici possit, quod nequam obest* (ib. §. 579.).

2.) Cum duce suo Leibnitio ordinem naturae convelli, legemque principiam de perpetua ejusdem virium vivarum quantitatibus in hoc universo conservatione per influxum physicum, violari queritur: si anima, aut, agat in corpus, oritur quedam vis in parte materiae, quae ex alia in eam derivata non est, augetur prouinde virium vivarum in hoc universo quantitas: si contra corpus agat in animam, vis quedam motrix in gratiam animae perit, quae ante in quadam materiae parte inerat, unde virium vivarum quantitas minuitur.

¶ Multa hio evolunda sunt: primum vis *morta* dicitur, quae in solo conatu ad motum consistit, atque ob praesens impedimentum effectum non consequitur, qualis est in globo, cui funiculo in aere retinetur, vis *viva* est, quae cum actuall motione conjugitur, ut cum corpus ex alto labitur. Deinde vis *viva* hodie a physicus non distinguuntur a quantitate motus, quae factum est ex massa in celeritatem, atque jam fere in demonstratis habetur, omnes illos, qui olim cum Leibnitio vires vivas per factum ex massa in quadratum celeritatis mensurafl contendebant, in paralogismum lapsos fuisse. Jam porro virium mortuarum quantitatem constanter eandem esse in hoc universo hoc sensu certum est, quod vires substantiarum simplicium in se spectatae, et abstractando ab effectu semper sint eadem, siue ipsae substantiae eadem permanent, neque huic legi influxus physicus adversatur. Quod autem ad virium vivarum, seu motu quantitatem attinet, existentia similis legis universalis nec a priori, nec a posteriori demonstrari potest: quin eandem non extaret, vel inde colligatur, quod ipse Wolfus contra Cartesium demonstraverit (*Mechan.* §. 586.), non in quovis corporum confictu eandem motus quantitatem permanenter. At denus etiam hanc legem in conflictibus corporum, pro quibus eam Wolfus demonstrare nititur, obtinere (*Cosmol.* §§. 480. 486. 487.), erit continuo consequens, et ipsa etiam ad mutuas animae, ac corporis actiones pertinet? An non pro his alias a Conditore leges constitui poterant (vid. *cosm.* §. 87. sch. 2.)? Et denique si influxus ea, qua dixi ratione intelligatur, utilitas ratioinari. Wolfiani plane perspicitur; nulla enim est virium transfusio; nulla vix motrix in gratiam animae perit, neque ex anima in corpus vis quaequam transiit: motiones solum cerebri animam ad perceptions; anima subtilissimum cerebri fluidum ad motum determinat. Quis queso philosophorum eum non rideret, qui serio contendet, ex globo incurrente in quiescentem vim motricem transfundi?

CONTRA ACTIONEM CORPORIS IN ANIMAM.

3.) Actionem corporis in animam tam cum eius simplicitate, quam immortalitate pugnare contendunt ali: hoc ideo; quia cum in hac hypothesi anima in cogitando reapse a corpore penderet, non videtur ipsa separata a corpore cogitare, prouinde nec vivere posse. Illud vehementer urget Leibnitius (*Act. erud. Lips.* c. 7. *suppl. sect.* 11. p. 550. *Leib. princ. phil. theor.* §. 15. p. 76.) putans conceptum non posse, quoniam monas per aliam monadem, aut rem quamcumque creatam alterari, et in statu suo interno mutari queat; cum in simplici neque motus intestinus concitari, nec quidpiam transponi, nec ipsum augeri, aut minui possit. Simili fere argumentatione Hanchius quoque utitur.

¶ Dependentia haec animae a corpore non ex ipsius natura, sed ex unione illius cum corpore, quae a sola Dei voluntate pendet, profuit: quare non interna, sed externa solum, et contingens est (vid.

§. 147. sch. 2. n. 3.). Nonne insipiens fuerit, qui putaret se in aper-to campo solem non visurum, quod fenestris careat, per quas ante in cubiculo constitutus eum asperxerat? Sapientius Cicero (*Qg. tu-sc. l. 2. c. 20.*): ea profecto tunc multo priora, et dulciora certe-nentur, cum quo natura fert, liber animus pervenerit; nam nunc quidem, quamquam foramina illa, quae patent ad ani-mum a corpore, nullissima artificia natura fabricata est, tamen terrenis, concretisque corporibus sunt interspacia quo-dammodo: cum autem nihil erit praeter animum, nulla res ob-jecta impedit, quoniam percepit, quale quidquid sit.

Quod autem ad simplicitatem: etsi in monade, seu ente simplice non dentur partes, quae moveri, aut transponi possint, aliae tamen sunt mutationes in ipsis possibilis, nomine perceptions, et app-e-titiones animae etiam in systemate harmonia praestabilitae sunt verae, as internae ejus mutationes? Nihil autem vetat, ut harum mutationum aliqua ratio in alia monade, vel etiam in ente compo-sito continetur; quod si sit, jam monas ab altera aliquo modo al-terari, et quoad statum internum mutari dicenda erit. Planum igit-ur est, nihil officere simplicitati animae, si ea ab ideis materia-libus ad elicendas sua vi has potius, quam alias perceptions, haecque potius, quam alio tempore determinetur.

4.) Ex eo, quod effectus integer causas plenam aequipollat, Bulfin-gerus (*Tract. de harm. prael. §. 37. seqq.*) hoc systema rejicit. Per effectum integrum intelligit, quidquid ab actione causae pro-ficietur; sive illa superando corporum renis impendatur, sive aliud insuper effectum producat: per causam plenam vires eas omnes, et solas, quae integro effectui producendo impenduntur. Tum vero admisso influxu physico putat consequens esse, ut effec-tus integer causam plenam exuperet; integer quippe effectus vi-rii corporis esset motus, tamen ab iisdem viribus deberet pra-e-terea perceptio in anima effici.

5.) Cum motiones cerebri nequamquam perceptions efficient, sed so-lum animam ad eas vi sua efficiendas determinent, numquam causa-sam plenam effectus integer superabit; motus enim erit effectus integer virtutis corporis; et perceptio erit effectus integer virium animae. Sed etiam si daremus perceptions animae a viribus cor-pori effecti, nec tamen in absurdula hac hypothesi effectum causa-sa major em extundet Wulffingerus, hoc quippe easi motio cere-bri foret effectus motionis organi, et perceptio effectus motionis cerebri: pone causam a producere effectum b; tum effectum b ut novam causam producere effectum c; erit effectus c sua causa major? Repugnat igitur omnis causarum subordinatarum series?

5.) Ideae materiales, apud nonnulli, non determinant animam ad sui ipsarum perceptionem, secus quippe essecum nobis harum idea-rum consci, sciremusque, quae pars cerebri, quoque pacto moveatur: ergo neque determinant animam ad perceptionem objecto-rum sensibilium.

De Systemate Causalitatis, sive inflatus physici. 181

R. d. ant. Ideae materiales non determinant animam ad claram sui ipsarum perceptionem c. ant. ad obscuram sui ipsarum perceptio-nem, n. ant. et con. Sensatio rapse aliud non est, quam perce-prio motionis ab objecto sensibili in organis excitata, et inde nervorum ope ad sensorium commune delatas (§. 15.); sed eam mens non ut motionem, sive cerebri affectionem, verum ut imagi-natio, ac velut functionis objecti externi contemplatur, inde perceptio idearum materialium, quatenus motio est, obscura est, statimque con-funditur cum perceptione illius, quatenus est objecti imago, sive potius cum perceptione ipsius objecti; non aliter fere, ac si quis rem majoris momenti mihi nunclet, adesse ex. gr. hominem digni-tate conspicuus, quo casu non tam ad verba nunciantur, aut loquendi modum, minus ad eius vestitum, aliaque similia attendo, quam illico totam attentionem in rem nuntiatam converto; surgo pro-pere, accuro competentes eidem honores delaturos. Rebus rati-oni petitur a fine, in quem nobis Conditor benignissimus sensus concessit, atque a munere, quod animae, cum eam cum corpore co-pularet, in posuit. Voluit nimis supremis naturae Auctor, ut anima pro viribus corporis suis conservet, tum removendo res exter-nas illi noxias, tum amplectendo necessarias, aut saltē utilis; atque eum in finem corpus organis sensoriis instruxit, ut anima ipsorum ope velut per muncios objecta externa explorebat, bonaque, ac utilia a malis, et noxiis discriminaret. Jam vero cum vis mentis nostrae limitata aliquid non, ad brevis sit, nec pluribus simul sat magna attentione adhibere possit, si ea tota esset in motibus cerebri, et continuis, et diversissimis contemplandis, ita abri-pre-retur, ut objecta externa tantum non percepceret, quantum ad con-servandum corpus necesse est. Quare sapientissime Deus legem generalem constituit, ut anima, etiam si quam maxime vellet, nun-quam possit motiones cerebri, qua tales, contemplari, sed ab his quasi admixta continuo totam suam attentionem in objecta, quo-rum illae imagines sunt, convenire debeat: inde fit, ut motuum nobis nuncquam concili simus. Consularius Malebranchius (*Recher-ch. de la verité lib. 1. c. 10. §. 5.*). Atque ob eamdem prorsus rationem videtur quoque anima sonae, quam in corpus exercet, actionis sensib. consilia non esse; nam et haec, cum continenter iteretur, totam ipsius attentionem ad se raperet.

At reponunt: ad hoc, ut intelligamus, quid aliter nobis loquatur, ne-cesse est, ut vocabula ab illo prolatā distincte percipiantur; simi-liter ut in imagine Cicero, vel Caesar agnoscat, debet ipsa di-stincte videri: igitur etiam, ut ideae materiales mentem ad claram objectorum perceptionem determinent, necesse est, ut et ipsae clarae percipiantur. Verum dispar est ratio: vocabula nullum nexus naturale habent cum rebus, quas significant, sed id ab institu-tione hominum obtinent, ut in logica dictum est: ex institutione au-tem hominum nihil significant, nisi articulate, ac distincte, pronun-cientur: quia si penitus rem examinemus, facile perspiciemus, vo-

vocabula non aliter quidpiam significare, nisi quatenus cum idea soni articulati consociata rei significatae idea in animo excitatur. Nimirum vocabulum, quod natura sua sonus articulatus est, cum ab alio pronunciatur, in meo cerebro, ut quibus aliis sonus, idem sui materialem excitat, cui in mente idea soni articulati respondet, quia vero cum hac soni articulati idea alias semper idea rei significatae consociata fuit, ea quoque menti recurrit, atque ita significacionem vocabuli intelligo, ad quod nemo non videt necesse esse, ut vocabula distincae et enunciatae percipiantur. Imago deinde prototypon non respondet, nisi accurata partium inter se proportione gaudet, quae proinde distincae videri debet, ut quem, quo mofo exhibeat, cognoscantur. Contra inter motiones cerebri, et objecta externa naturalis nexus existat, cum enim sint actions specificae virium, quae in objectis insunt, cum ipsis tamquam effectus cum sua causa conjugantur; inde igitur, legi praeterea commercii a supremo Auctore naturae sancta accedente, aptas efficiuntur, ut licet obscurae perceptae ad claram tamen objectorum perceptionem animam determinent; quemadmodum etiam ex aliis signis naturalibus, ut fistu, vel ejuslatu, esti obscure perceptio, tristitiam, aut dolorem significari clare intellegimus. Haec si animo a praedictatis opinib[us] explicato expendisset Genus, non acerbe adeo insultasset Newtono aste- renti animam in cerebro residentem rerum imagines cernere (*El. met. p. 3, prop. 31. sch.*).

Ex dictis demum etiam patet, cur anima ipsam cerebri coagmentationem, reliquias internas corporis partes non pervideat; mens enim, quamvis cum corpore consociata est per cerebri motiones ad perceptiones rerum sensibilium determinatur, proindeque nihil eiusmodi percipit, nisi quod ipsi per similes motus representatur, ac velut praesens sistitur; coagmentation autem cerebri, et internarum in corpore parte per talem motionem representari nequit.

CONTRA ACTIONEM ANIMAE IN CORPUS.

6.) Actionem animae in corpus Bulfinigerus hanc ratione impugnat (*Di- lucid. phil. §. 327.*): *in quocumque entium genere effectus non est semper tantus, quantus serio intenditur, ibi datur proportio inter vires ad effectum applicatas, et quantitatem ipsius effectus: ille igitur effectus non dependet a viribus cum effectu quoad proportionem incomparabilibus; atque vires animae, ac corporis motus sunt quoad proportionem incomparabiles: ergo effectus, quales in corpore movendo experiri, non procedunt a viribus animae.* Argumentum hoc reddit: omnis effectus est quoad proportionem comparabilis cum sua causa; sed motus corporis non sunt comparabiles cum viribus animae: ergo motus corporis non sunt effectus virium animae.

R. Dubius est vocabuli sensus: si vox *propositio* notet comparatio-

Nem duarum rerum, quae sint ejusdem generis, aut speciei, sive quarum ultraquam ad eamdem homogeneam unitatem revocari potest, ut duo nummi aurei, duo argentei, fateor inter motionem corporis, et animae vim proportionem non dari: at quid istud officit? Certe generatim verum non est inter quamvis causam, et effectum id genus proportionem esse; anima una vi, et perceptionem, et voluntatem efficit, nec tamen perceptio, et volitus ad eamdem homogeneam unitatem, seu speciem infinitam revocantur. Si vero Bulfinigerus eam proportionem, quae apud geometras obtinet, intelligat, negandum erit eiusmodi proportionem inter vim animae, et corporis motiones non extare; nam quo major est illius vis contentio, eo major est motionis in corpore quantitas, accurata semper proportione, ut nempe vis major maiorem, et concitatiorem; vis minor debiliorem in corpore motum efficiat. Alius geometrica haec proprietas solum ad comparationem effectus cum causa desideratur. Sed queritur curioso Leibnitius, cur, si animae vi corporis moveatur, non ad quamunque altitudinem saltus fieri queat? Cul responderetur animam habere vim certis, iisque sat angustis limitibus definitam; corpus item nostrum, alii circumiacentibus constanter premi, quorum omnium renis superari debet; denique saltum ab ipsa etiam nervorum, spirituumque constitutione plurimum pendere.

7.) Animam in corpore agere non posse putant nonnulli, quin hoc in illam regat, quod a veritate alienum videatur; item quaerunt, qui corpus ad animam, quae ipsum impenetrabiliter contingere nequit, moveri possit?

R. Tametsi corporum confictu nulla sit actio sine reactione, necessaria tamen non est, ut haec lex se quoque ad actionem animae in corpus porrigit (*vid. n. 2.*). Hacten nempe corporum reactio ab ipsa elementorum reactione proficitur, cum alia in corpore vis non extet (*cosm. §. 53. sch.*); in elementis autem reactionem necessaria sequi perspicuum est, cum omnium virorum vires eadem generali lege regantur (*ibid.*); inde enim cum elementum *a* in certa distanca positum secundum universalem legem alterum *b* ad motum determinat; viscissim id ipsum elementum *b* praestat in *a*, ac proinde quantum a agit in *b*, tantum b reagit in *a*. At vero vis animae alii legibus adstringi potest, quo sit, ut cum ipsa in elementum proximum vicinum agit, istud in ipsam reagere nequeat: quamquam prorsus non video, quid inde absurdum consequeretur, si admitterem, ipsam etiam animam elementi reagentis nisum sentire. Quod ad alterum naturalem animam penetrabilitatem minime obstat, quo minus ipsa corpus moveat, alias dictum est (*ont. §. 143. sch. 2. n. 4.*). Et vero potest elementum in altero a quo distat, secundum generalem naturae legem motum caussare (*cosmol. §§. 49. 53. sch.*): cur anima nequeat ea vi motrice gaudere, per quam, si eam ad motum suum exerceat, elementa corporis a se aliquantium distantia sine vera reactione ex lege ab Auctore naturae pro hoc

commercio constituta ad motum concidentur? nullo certe in his vi
repugnativa apparet; summa contra convenientia cum munere, quo
ipsa cum corpore conjuncta fungitur. Aut etiam fortasse non in-
congrue dicereatur, animam cum uno cerebri elemento actu compe-
netratam existere, illudque, cum se ipsam moveat, una movere; in
hac hypothesi quamprimum se anima moveret, mutaret distan-
tia illius elementi comparatae ad alia proxime vicina, quae vel ideo
ad motum pariter concidenter; atque motus hi eadem ratione
ulterius propagaretur, dum tandem spiritus ad eos nervos, ac mu-
sculos affluant, quorum opere desideratur membrum motu perferetur.
Neque vero de ingensibus muscularibus viribus dubius esse potest:
docte Borellus (*De mot. animal.*, p. 11 prop. 124. seq.) qui eam
rem accurate pertrahit, eorum alios aquiliparans efficacitatem pon-
deris 16020; alios 32040; alios 61600; alios denique 37520 li-
brarum, ut adeo exigua spirituum animalium vis eorum opere stu-
pendos pro�ructus edere queat. Vide quoque Cartesium (*Trac-
tatu. de hom.* p. 21. *cum non D. de la Forge.*).

8.) Denique fieri non posse putant, ut anima dicta ratione motum in
corpore efficiat; cum ipsi et corporis, nervorum, muscularumque
conformatio, et modus impellendi spiritus ut huc potius, quam il-
luc affluat, prorsus ignoscit.

Responsum Knutzenius suppediat (*Syst. causs. eff.* p. 143.). Con-
cipe ab ingenioso quidam artifici fontem quedam ad artis
mechanicas, et hydraulicas amissim ita constructum esse,
ut quamprimum asservari; per quos aditus demum ad fontem
datur, incidentium gressu deprimitur, occulto mechanismo
variarum rotarum junimque opere sub asservis absconditorum,
aliae, atque aliæ mirificæ species e fonte confectionem
prosiliant, quales verbis gr. fontes Kircherus, Schottus, aliquie
describunt. Concipe jam tibi, puerilis ad hocce spectaculum
admitto, dum hoc accurrit, Neptunus cum tridenti minat
obviam fieri; dum illas, Nereides, ex alia parte Glaucon ma-
rinum; alibi vero Delphinos, et sic porrora puer iste mechan-
ismi absconditi ignarus, nec ad omnia praesentia attentus non
observabit se revera actione sua producere hosce effectus, ob-
servabat tamen, si adversus eam partem processerit, semper
sibi hoc potius, quam aliud obviam fieri objectum; poterit igi-
tur jam pro tribus haec phenomena moderari, ad si ver. gra-
Neptuni, ac accepte ejusdem tricipitis contemplatione delecte-
tur, officere ut proleat, si scilicet versus certam plagam ac-
currit. Nemo dubitaverit puerum horum motum causam es-
se, ac actione sua phenomena producere. Quae hic dicuntur,
videnter quoque aliqua experientia confirmari; experimur certe
infantes tametsi, jam roboratis nonnulli organis instructos, nondum
tamen solos satis tutum grossum figere: an non fortasse istud inde
provenit quod ipsorum mens scientiam experimentalis moventi,
ac regendi suum corpus sibi nondum comparaverit?

SECTIO III.

DE IDEARUM NATURA, ET ORIGINE.

QUOD SECTIONIS ARGUMENTUM?

CCII. Dixi, quantum philosopho licet de commercio animae cum
tempore; omnem tamen obscuritatem me sustulisse non profisit:
sum certe plura, quae illustratione egarent, ac imprimis quidem de-
terminatio illa mentis ad percipienda objecta sensibilia per cerebri
motiones effecta. Hunc rei non aliunde, ac ex idearum natura, et ori-
gine penitus inspecta majus lumen accedere posse videtur; quare
jam istud agam, ut primum breviter ostendam, quid de idearum na-
tura, ac a perceptione discrimine sentendum sit; tum excusis cele-
briorum philosophorum opinonibus in veram earum originem in-
quiram.

CAPUT I.

De Idearum ac Perceptionum Naturâ.

PERCEPTIO EST ACTIO ANIMÆ.

CCIII. *Perceptio est vera animae actio.* Omnis vita in actione
quadam omnium consensione consistit (conf. §. 159.); atque vita ani-
mae ex parte saltem in perceptione consistit: animam siquidem eam
in statum factam, ut nihil amplius percipere possit, jure mortuum
dicerebimus; igitur perceptio est animae actio.

Coroll. Anima igitur ei propria, et sibi ingenita perceptiones efficit,
Schol. Anima ex ointu fundamento, quo Cartesianorum (*Essai conc.*
lent. hum. l. 2. ch. 12. §§. 1. 2.) aliqui nisi volitiones in actibus
animae vitabilis habent, perceptiones quoque illis adnumerandas
esse contendunt. Lockium autem, qui animam in perceptionibus idea-
rum simplicem, sive qualitatum sensibilium recipiendis pati du-
taxat petavit, non moror, ratio enim, quam altius, nullus est pon-
deris. Ait nimur non esse in potestate mentis, ut novam quam-
piam ideam simplicem producat; sed id inde est, quia ipsa a co-
rebre motionis, qui ab objectis externis efficiuntur, ad has per-
ceptiones sicut etiam determinari debet. Quod si denique quis eo pro-
cederiat, ut animam quoque volenter agere inserviet, necesse
erit, sibi anima loco ineritem stipitem inesse fateatur (conf. §.
156. sch. 1).

HABERE IDEAM, ET PERCIPERE IDEM EST.

CCIV. *Hoc ipso scilicet quod mens habeat ideam cuiusdam ob-
jecti, jam illud percipit.* Hoc ipso scilicet, quod mens habeat ideam
cuiusmodi objecti, jam illud sibi repreäsentat; idea quippe est re-
preäsentatio objecti in mente facta (§. 30. log.); sed hoc ipso scilicet,
quod mens objectum quodpiam sibi repreäsentet, jam illud per-
cipit, sibi enim repreäsentare, et percipere idem sonat (§. 3.); er-